Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Humilia enim respicit in celo & in terra. Quemmenter utrique quod fuerunt per suam malitiam. quod facti sunt per dei gratiam. Hecque enim illis tantum dicit uas electionis. fuistis enim aliquando tenebre. nec autem lux in domino. & rursum. gratia salui facti estis per fidem & hoc non ex uobis sed dei donum est. non ex operibus; ne forte quis extollatur. sed & se ipsum adiungit consequenter dicens. Ipsi enim sumus figmentum. creati in operibus; bonis. Dicit enim seorsum de ipsis qui respiciunt in celo. Sumus enim & nos aliquando naturaliter filii ire. sicut & ceteri. & rursum. fuimus enim aliquando & nos stulti aliqui & incredituli. errantes. seruientes desideriis & uoluptatibus; uariis. in malicia & inuidia agentes. abhominabiles. inuicem odio habentes. Cum autem benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri dei. non ex operibus; iustitie que fecimus nos. sed per suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Ecce humilia quia respiciunt in celo. Spirituales enim sunt & omnia iudicant. sed cum humiles. ne decepti iudicent. Quod de se ipso singulariter. Homine talia sunt quia commemorat. Quum non sum idoneus uocari apostolus. quia persecutus sum ecclesiam dei. sed misericordiam consecutus sum. quia ignorans feci in incredulitate. Omnia quidem licet; per usum usus habitus; aut in psalmo spe. quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat & humilia respicit in celo & in terra. uolens docere nos quia humilia in celo. cum ita spirituales magni & iudiciarius sedibus; digni tali significentur domino. subiecti stati. Quum erigit a terra inopem. & de stercore exaltat pauperem. ut collocet eum cum principibus; cum principibus; populi sui. Non tamen dedignentur esse humilia capita excelsorum. sub dextera domini. Quemuis enim collocet fidelis dominice pecunie dispensator cum principibus; populi dei. quemuis sessuros sit in duodecim sedibus; & angelos quoque; iudicatus. a terra tamen inops erigitur. & de stercore pauper exaltatur. An forte non exaltatur de stercore. qui seruiebat in desideriis & uoluptatibus; uariis. Sed forte iam cum ista diceret non erat inops. non erat pauper. Quod adhuc ingemiscit quasi habitaculum quod de celo est superinduere cupiens. Cur ne forte se extollat colaphizatur. & subditur angelo sathane stimulo carnis sue. Ecce est quod habitante in se domino. & hinc eum spiritum quem seruatur omnia. etiam altitudinem dei. Iterum in celo est. sed & in celo dominus humilia respicit. Quod fratres si iam audiuimus humilia quia in celo sunt exaltata de stercore ut populi collocentur cum principibus. michilne consequentur audiuimus de humilibus quia in terra respicit dominus. Patriarches enim sunt illi amici iudicati cum domino. plures autem isti qui recipiuntur in tabernacula eterna. Quanuis enim tota fruem-